228
376.10

DE VENTIS ET NAVIGATIONE, LIBELLVS

AVTTORE MICHAELE ANGELO BLONDO,

IN QVO NAVIGATIONIS VTILISSIMA CONTINETVR DOCTRINA CVM *Pixide nouo, & diligenti examine uentorum, et tempeſtatum.*

CVM ACCVRATISSIMA DESCRIPTIONE diſtantiæ locorum interni maris, & Oceani, a Gadibus ad nouum orbem, vtique valde neceſſaria, Nam ſeruantes doctrinam hanc, cum citius tum ſecurius vtrunq; mare transfretabunt.

OPVS RECENTISSIMVM

EXPLORATIO

EXPERIENTIA AVCTORE



ET ARGVMENTVM

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

Cum Priuilegio Summi Pontificis, atq; Illuſtriſsimi Senatus Venetiarum in Decennium.

EXCELENTISSIMO AVGVſti ßimoq; Cōcilio Decēuiratus Venetiarum, Michael Angelus Blondus Venetus Fœlicitatem.

MAGNVM Equidē fructum & immēſum honorē patriæ, Viri Illuſtriß. ſemper fuiſſe putaui, cū quiſpiam ex ciuibus aliquid laude dignum ediderit, Nam inuenire præclara, uel enuntiare magnifica, interdum & ignari ſolent ſed inuenta diſponere apte, uel, ea decenter figurare niſi erudito, negatum eſt, neque elata, uel excelſa ſunt ſemper affectanda, uerum, & humillima aliquando ſunt amanda His itaque libellus noſter qualiſcunque eſt, non ſummittendus, ſed extollendus eſſe debet, ueſtri enim Imperij & ſeruandi & augendi gratia conſcriptus eſt, Tamen ad quid ego, hec & Clariſſimis & preſtantiſſimis Decemuiris, cum potius rogare deberem ut ex eo meum amorem erga uos & ſeruitutem comprehendatis, precipue, cum ille, imprimis. R. P. ueſtræ, demum cunctis prodeſt & ciuibus, quoniam de uentis & nauigatione continet doctrinam, quam, omni ſtudio elucubraſſe curaui, quo, inter maris cœliq; procellas, Claſis ueneta doctiſſime regatur a nauium magiſtris & enim accuratiſſime conſcripſi ad nauigationem iam interni maris qu im externi neceſſaria. Cum ergo Romæ reuerſus eſſem in patriam, non ut nudus ſed acceß. cum acquiſitis facultatibus, quibus, quam plurimos principes iam & celebraui & illuſtraui, Ideo ne officio etiā erga uos deeſſem proprio, deſideraui et uobis & Senatui uniuerſo me in perpetuam ſeruitutem aſtringere, quod notum eſſe poteſt uobis clariſſimis hoc libello deſtinato, Auguſtiſſimi tandem & Blondi memores per ſecula ualete.

ORDO INHAERENTIVM.

Prohemium.		
De uentorum diffinitione	cap.	1
De cauſa & deffectu uentorum	cap.	2
De ſpiritu	cap.	3
De periculis quæ cauſant uenti	cap.	4
De ambitu terræ	cap.	5
De uentis Cardinalibus	cap.	6
Cardinalium uetorum figura diſtantiæ	cap.	7
De pleriſq; flatibus circa Cardinales uentos ex obſeruatione priſcorũ	cap.	8
Figura uentorum per. 4. diſtantias a Cardinalibus	cap.	9
De uariis nominibus uentorum	cap.	10
De fabula uentorum	cap.	11
De aeolo rege uentorum	cap.	12
De proprietate ſubſolani	cap.	13
De proprietate noti	cap.	14
De proprietati zefiri	cap.	15
De proprietate aquilonis	cap.	16
De tempeſtatibus	cap.	17
De ſignis incerte tempeſtatis	cap.	18
Canones ex diuerſis de temporibus	cap.	19
Ex hyppocrate obſeruationes	cap.	20
De interno mare	cap.	21
De nominibus ſinuum diuerſorum	cap.	22
Noue nauigationis doctrina	cap.	23
Pixis uel buxfolus nouum inſtrumentum & dux nauigantium	cap.	24
De nauigatione oceani ad nouum orbem	cap.	25
De ſignificationibus menſium ſecundum nauigationem	cap.	26

AD EXCELENTISSIMVM.

Auguſtiſſimumq; Concilium Decemuiratus Venetiarum Michael Angelus Blondus De uentis & Nauigatione.

PROHEMIVM.

ET Quoniam mores hominum nimium ſenuerunt, quinimo & tempus uitæ breuius factum eſt, quàm olim fuerat, Quia homines modo, non adeo non aſcendunt odibilem Decrepitam, ſeu morboſam ſenectutem, ſed neque perueniunt ad utilitatem, Nam oppreſsi tabe, quàm plurimi in iuuentute extinguntur, & ſi maxima pars hominum florentem non perſpiciat adoleſcentiam: Quidam enim in pueritia comprimuntur, plerique & infantiam non tranſcendunt, quia morbis moriuntur obhortis ex uentis, flatibus, aura, & ſpiritibus precipue craſsis, & abſque numero tẽpeſtatibus oppreſsi in mari periere, & ſi genus humanum deficiat ex plurimis etiam cauſis neceſſarijs ad uitam uiuendam ſalubriter ad ſenectam uſque rite non ſeruatis, Tamen de his in Epiſtolis noſtris ad amicos uberrime ſcripſi, Nunc autem motus gentium amore, cupientibus collegi quod potui de uentorum natura & nauigatione, quo ijs armis, quiſque ſeipſum tueatur, repelens uentorum impetum, & quorundam ſpirituum flatum illaudabilem, Auram uero ſuauẽ etiam hoſpitetur ſuis in penetralibus, ut fidelem amicum eſt enim aura ſuauis, uitalis noſtri ſpiritus precipuum fomentum. Tamen nec exiſtimabitis hæc me ſcripſiſſe, ut me putarem huius rei authorem eſſe, quia appellabitis collectorem, Quoniam plurimi ſcripſere de uentis philoſophando, quàm uis de nauigatione pauci. Itaque fateor me motum eſſe ad ſcribendum hoc, cum utilitate materiæ, tum amore eorum, quos noſtrorum operum ſucceſſores eſſe cupio. Et ſi cariſsimũ parentẽ maris naufragio, & quoque dulciſsimos natos craſsis ſpiritibus & gratiſsimos familiares uentorum tempeſtatibus amiſerim, quibus utique haud parum profuiſſem, dum prius quàm modo animo appuliſſem ad ſcribendum de uentis & craſsis ſpiritibus qui, fortaſsis, hos omnes perdiderunt, Ideo ne prius quàm moriar, penitus orbus fiam, pro omnibus & filijs & amicis onus hoc libenter ſuſcepi, quo noſcant ſaluberrimos ſpiritus, atque uitales auras, & quoque diſcant impetus uentorum & craſſum aera quam ſit nequam. Obſecro igitur uos omnes ut non mihi, ſed Deo optimo aſcribatis illud, quod ſolet dari laudis ſcribentibus & ſtudioſis, dum optatis hos fructus uobis profuturos, eſt enim hæc haud uulgaris doctrina de uentis & nauigatione.

De uentorum deffinitione. Cap. I.

NE uideat imitari nautas improuidos, qui transfretantes mare procelloſum & naufragum Syrtibus, iter aggrediuntur, eo, quo nunquam nauigauerunt, Ideo ardua primum ſupponam oculis, negligens illos qui a maioribus etiam deſpiciunt doceri, quoniam ſic, nō loginquorum que etiam ſectari oportet, ſed proximorum curioſus uidebor & neceſſariorum, Propterea utar cōſilio Typhis, qui docuit nautas, quid erat Nauigatio, quid Velliuellatio, quid transfretatio, quid appulſio ad ripam, quaque arte fierent hec omnia, exordine poſuit, quia talem, prouidum magiſtrum nauis eſſe oportet, quem, imitari cupiens ſcrutari neceſſarium fore puto, primo, quid ſit uentus, demum ad procellas, flatus & ipſos ſpiritus deſcendam, quoniam ſic omnes percipient fructum huius doctrine. Ventus igitur eſt, uenıens aer motus, ſiue eſt aer uentans cum impetu, Motio demum atque commotio aeris alioquin agitatio eius uentus eſt, de quo Vitruuius lib primo, cap ſexto, ait, Ventus eſt aeris fluens unda, cum incerta motus redundantia, Ariſt. autem Meth. 2 de uentus cap. 2. docet, Aerem motum uentum eſſe. inquiens. Vbi terra plurimam aquam ſuſcipit, neceſſarium eſt hic, plurimam fieri & exhalationem, itaque exhalatio talis uentus eſt, Ventus etiam eſt, quedā multitudo ſicce exhalationis, e, terrā, que & circa terram mouetur. Eſt enim certiſsimum, quod principium deſuper eſt, materie autem generationis deſubtus, quia quidem enim tenderit quod aſcendit, idem cauſa inquit philos. Sed uenti flatus comparatur fluminibus, quia prefluunt exfontibus exilia, demum adoleſcunt in proceſſu & fiunt magni, haud aliter dicitur de uentis etiam, quando omnis uentus unde flat minimus eſt, longius autem procedens fit ualidior, quoniam natura uenti eſt, ut in proceſſu fiat inſignis. Defficientibus uero terreis exhalationibus deficit & uentus, propterea conſtat rem eſſe notiſsimam, Vaporem humidū in terream ferri ex pluuia, ſed cum reſurgit hic uapor, a phiſicis dicitur exhalatio, itque hec exhalatio fumoſa uētus eſt.

De cauſa & deffectu Ventorum. Cap. II.

CERTVM eſt, quod natura ſuperior, ſiue maximus orbis conditor poſuit aquam in circuitu terre, Aerem uero circa aquam, ultimum autem circum poſuit ijs ignem, ſtatuit, etiam omnipotens, quod ſol eſſet cauſa per mutationis rerum, generationis & corruptionis. Itaque ex omnibus aquis, ſoles uirtute, ſubtilitudie ſurſum ducitur, quod eſt ſubtiliſsimum & quoque dulciſsimum, hocque delatum ſurſum, iterum diſgregatur emitens uaporem in ſuperiorem locum, quod, conſiſtens in quodam loco ſuperiori, iterum deſcendit in terram propter frigus aeris,

atque hoc officium naturæ continuum eſt. Sed Ariſt. 2. Meth. ait, duas eſſe exhalatio nes, alteram uidelicet; calidam & ſiccam, quæ cum ſit uaporoſa & ſicca, maximos ſpiritus & Aeſtuoſiſſimos uentos producit, Alteram humidam, ſcilicet, & calidam, cuius quia paruus uapor paruos ſpiritus ſuſcitat. Sol autem, exhalatio & uapor ſunt cauſa generationis uentorum Sciendum eſt etiam quod neque ſicca exhalatio eſt abſque humido, neque humida abſque ſicco, quia aliter non Eleuantur uapores in ſiccis partibus propter maximam ſiccitatem, neque in humidis Regionibus propter maximam humiditatem, Verum ea quæ dixi de maxima ſiccitate intelliguntur ſecundum quendã exceſſum haud aliter & de humido credatur. Itaque dum ſol accedit cit uapores e terra, quoniã eſt potior cauſa exhalationes, Sed exhalationum humidarum leues Imbres ſunt principium, Siccarum uero eſt flatus leuium ſpirituum. Recte igitur ſcriptum eſt quod ſunt tria quæ excitant uentos, exhalatio uapor & ſol, hæc etiam tria neceſſario inducūt & caliditatem interris, tamen hæc tria differunt inter ſe, Sed aerem motum uentum eſſe res eſt uſque uulgaris, quia notum eſt omnibus, Sed ſiunt uenti poſt pluuias ut & pluuiæ poſt uentum, Et uenti corpus eſt illud quod exhalat e terra ex ſiccata poſtquam deſuper pluerit, aſt per ſeparationem humidi a ſicco cadit ſeu ceſſat uentus, Eadem cauſa etiam omnis ſpiritus fit atq; deficit omnibus Interis, & quoq; in illis locis ad quæ ſolis radij non extenduntur, Ideo in uallibus nubes affirmantur & in lateribus montium ſiue collium, ſed cum terra ſuſcipit plurimam aquam, oportet & exhalationem plurimam eſſe, aſt principium uentorum eſt, inde, unde motus eſt principium quod eſt deſuper; nulli dubium eſt. Cumque apparent caligines & nubes tum uentorum ſunt indicia futurorum, tandem materia uenti e terra eſt, principium autem uenti, uidere eſt deſuper nubes, Sol uero omnes ſpiritus & perdit & excitat.

De ſpiritu. Cap. III.

ET PRISCI philoſophi & recentiores, ſpiritum, & flatum; dicunt eſſe alitum quendam, quem enuntiauerunt eſſe aerem, quo, et inquem uniuerſa animalia ſpirant. Certum eſt igitur quod ſpiritus eſt in animalibus, Sed propria natura ſpiritus & Tellurem & animantia haud aliter humectat quàm uentus, quod tum ſitus locorum, cum regionum poſitiones faciunt ex quibus ipſe fiat ſpiritus, per ſpiritum etiam uel aerem in humanis corporibus omnia fiunt, quoniam aer ſiue ſpiritus humanæ etiam prudentiæ cauſa eſt, nimirum igitur quod Gal. in diff. med. dixerit, ſpiritum eſſe natiuum calorem in corde, quia per ſpiritum uiuitur, quoniam ſpiritus eſt cauſa & alimentũ mortalium, ſpiritus replet uacua & uiciſſitudines rerum oſtentat ut clariſſime inferius monſtrabo ſpiritus etiam qualitates rerum mutat in alias qualitates, prorumpēs & ingrediens corpus atq; exiens inde ut libet ille,

ſit igitur mutatio ſpirituū calidorum in frigidos, et frigidorum in calidos. Tenuium in craſſos & craſſorum in tenues humidorum in ſiccos & ſiccorum in humidos, Spiritus tandem quędam minuit quędam auget prout ipſa natura inſtituit, meat quoque, Spiritus, unde animalibus non datur tranſitus quia ſpiritus ubiq; fortis eſt. Quicquid autem eſt infra terram ac cœlum ſpiritu plenum eſt, quare ſpiritus eſt cauſa frigoris & æſtus, nam rigente bruma creber eſt & frigidus, uerum torrida aeſtate ſuauis eſt ac mitis propterea arbitror quod ſpiritus dirigit curſum Solis et Lunæ, ita ut, et reliquorum ſyderum, ſpiritus et ignem alit, quo dum priuaretur certum eſt non uiueret, propterea dicendum eſt quod ſpiritus ſiue aer perennem facit curſum ſolis, et piſcibus preſtat alimentum, quoniā ſine ſpiritu defficerent, quinimo et mare particeps eſt ſpiritus, uerum, miratur fortaſſis quiſpiam quod ſpiritus tantum poſſit, utiq; admirandum eſſet ſi magnus nō eſſet ſpiritus ſed quoniā magnus ē ſpiritus, ideo preſtat uitam animalibus et quoque eſt morborum cauſa ut narabitur inferius, quiſq; autem perſcribat hoc animo quod cunctis corporibus ſpiritus eſt per quam neceſſarius, namq; interdicto ſpiritu nemo poteſt mortaliū uiuere, Manifeſtum itaq; eſt quod mortales emittentes ſpiritum, agitatione frequenti, trahunt ſpiritum retrahuntq;, de quo hypp. ſecundo de ſpiritalibus. Luna inquit in hoc ſedem et fundamentum habet, Terraq; etiam hic eſt uehiculum & ſuſtentamentum nihilq; eſt quod eo uacet.

De periculis quæ cauſant uenti Cap. IIII.

VENTI frequenter efficiunt turbidum cœlum cauſant aſſiduas tempeſtates, producunt crebra diluuia, demergunt ſata, euellunt et truncant arbores, predia uaſtant, nemora ſternunt, franguntq; rupes, rapiunt multa, atq; inclusi ſpeleis montium moles maximas recludunt auia facientes unde erat tranſitus, tecta, domoſq; ruinis opplent, & ditioribus quibuſdā ſubuertunt ſuperbos apparatus, quibuſdam et humilem ſupellectilem, uillicis inſtrumenta ruris aſſidue deiciunt, itaq, uentorum turbines ſternunt etiam precioſa queq; quaſſando, multos ēt debilitant uēti quoſdā obruunt grauibus damnis obruētes propriis lucubus, quę igitur de uentis ſcribētur negligenda non erūt, Quod ſi quis ea ſpreuerit uelut inſenſus, ſcribat animo hoc, quod parum diſert pati damnoſa, uel expectare aduerſa, quoniam alter horum eſt modus dolendi alter uero eſt actus timendi, Itaque dolēdum eſt cum quiſpiam nouerit quantum uentorum procellę ſeu turbines ſibi aut amicis nocuerint, Timendum autem eſt, quantum mali cuique ex uentis poſſit accidere, cum terras perſlant turbine & maria ab imis ſedibus uoluunt uaſtis fluctibus, ideo naufragiorū ſunt cauſa, Veruntamē hęc fortuna etiam ferēda eſſet dum uenti humana corpora non inficerent, ſed quoniā grauiter inficiūt morbos producēdo, propterea ut omnis uiuat cautius ad mortē ſtudioſe his aduertat lucubratiunculis

De

QVAECVNQVE *de ambitu terræ ſunt ſcripta, certum eſt quod non oculis, modo, ſed neque auribus omnes nouerunt, Ideo curaui acurstius colligere, quid græcia quid ue Aegiptus ſeu quelibet ſtudioſa tellus, de circuitu terræ dixerit, ſolummodo tangendo ſcopum ut omnibus notior fiat diſtantia uentorum, nam ſic etiam proprietates flatuum percipient leuius, atque eius quæ ſit pars ſupremus quæ ima, quod latus dextrum, quodque ſiniſtrum, citius diſcernent, Placuit .n. Deo & ipſi naturæ ut hec humanum genus cognoſceret, quo ipſum rerum opificem maxime laudaret, illique ut domino ſemper pareret, Itaque Deus conſtituit Terram in medio ellementorum fixam etquieſcentem, Ideo grauitas & quies oſtendunt eam priuatam eſſe motu ac leuitate, deque eius ambitu Ariſt ſecundo de Cœlo & mundo, ait Mathematicorum quicunque ratiocinari attentant rotunditatis, ad quadraginta dicunt eſſe miriades, eſt aūt quelibet mirias decem milia millium romanorum, Veruntamen, qui ſolertius ſtuduerunt iis ſcripſerunt uniuerſæ terræ ambitum eſſe. 31500, inter et quos inuentus eſt Eratoſthenes in omni quidem litterarum ſubtilitate & in hac præceteris ſolertiſſimus quem a cunctis probari audio ait Pli. & Vitruuius his namque ducentorum quinquaginta duorū millium ſtadiorum ambitum terræ protulit, quod puto collegerit ex gradibus cœli. nam quilibet graduum reſpondet in Terra ſeptingenta ſtadia, uerum millia romana octogenta ſeptem cum dimidio. Totum autem cœlum diuiſum eſt per trecentos & ſexaginta gradus, qui omnes ſunt 252000. ſtadia, cōputatis uero ſtadiis octo pro quolibet millio reſurgūt millia ambitus Terræ 31500. Et diametrum eius eſt milliū 10023 et ſuus ſtadia 80181 ſed dimidiū diametri terræ ſunt millia 5011. Sed ſtadia 40091.*

STADIA *ambitus Terræ ſecundum Eratoſthenem.*

252000

Terra



315000

Romana millia ambitus Terræ.

De uentis Cardinalibus Cap. VI.

PRIMI qui de uentis Tractarunt, Enuntiauerunt quatuor præcipuos eſſe, per totidem partes mundi diuiſos, primuſque flatus uenit ab Oriente, alter a polo artico, tertius ſpirat ab occidente, quartus uero certo limite & fixo flat a meridie, ſed primum priſci uocarunt Eurum, nomen uento imponentes ab origine unde ſpirat flu it namque ab oriente, Eſtque diuturnior flatus Euri flatibus ab occaſu flantibus. Alter dicitur Aquilo, quem græci appellauerunt Boream a boatu, propter uehementem ſpiritum & eius ſonum ruentem, itaque maximus & plurimus eſt ſpiritus Aquilonis, quia Sol locum eius non ſupergreditur, Tertius uentus eſt Zephirus

medium ſeruans ordinem, quartus autem nuncupatur Auſter, Et eſt uentus nebuloſus at que humidus, Ideo Greci illum notum dixerunt quod humorem latine ſonat . At quoniam Eratoſthenes animaduerteremus diſtantijs locorum hortatur, dum uoluerimus uti ueris rationibus, Ideo poſtquam inuentus eſt ambitus terra ex ſolis curſu, geometricis methodis Terram diuidens, Inueniam diſtantias uentorum, inter ipſos uentos, Ab Euro tandem ad Aquilonem eſt quarta pars circunferentiæ, ab Aquilone quarta ad Zefirum, a Zephiro, quarta, ad auſtrum, ab Auſtro quarta ad Eurum, Itaque ab Euro ad Aquilonem. Sunt ſeptuaginta quinque, cũ ſeptem milibus millium romanorum & octingentis millibus, Ab Euro ad zephirum medietas circunferentiæ ſunt quinquaginta cum ſeptingentis & quindecim milibus millium. A zephiro ad notũ ſunt ſeptuaginta quinque cum ſeptem milibus millium & octingentis millibus , Ab Aquilone ad notum ſunt quinquaginta cum ſeptingentis & quindecim milibus millium, Sed a Noto ad Eurum ſunt ſeptuaginta quinque cum ſeptem millibus millium & octingentis millibus , uerum a Zephiro ad eurum ſunt quinquaginta cum ſeptingentis & quindecim millibus millium, hec demum ſunt ueræ diſtantiæ uentorum, geometricis methodis ex ambitu terræ comperte, ambitus autem ipſius terræ inuentus eſt ex curſu ſolis


CARDINALIVM Ventorum Figura diſtantie priſce



De plerisque flatibus circa Cardinales uentos ex obſeru atione priſcorum. Cap. VIII.

PRETER uentos Cardinales plerique alij flatus ſunt, qui iuxta naturam temporum & quoque locorum, faciunt ingentes procellas, nonunquàm & ſerenant Cœlum, Ventorum cauſa etiam ſerenitas mutatur in procellas tempeſtuoſiſſimas, ut uidi, quo modo autem hoc fit, priſca docet ipſa philoſophia, quod non adeo accidit ex quatuor Cardinalibus, uerum & ex pluribus alijs flatibus, Sed græci uentum orientem, ſub Cardine orientali dixerunt Apeliotem, quem Romani appellauerunt Subſolanum, uoluntque, quod huius a latere dextro flat uentus Circius nomine, a latinis uocatus Chorus, qui uero leuam obſidet partem ſubſolani, dictus eſt ulturnus, ab acolis latij. ſed a græcis Eurus, quem ego deductum ab oriente prædixi. Tamē, ſiue Eurus ſeu ſubſolanus uocatur flatus a Cardine orientali parum intereſt, quoniam omnes ſpiritus uentorū per quartas noſcuntur poſitiones uel diſtantias, hoc namque nauticum eſt, quia noſcunt flatus flantes ab oriente, a ſeptemtrione, ab occidente, atque a meridie, per dictas diſtantias, quod ipſe nauigans tum Adriaticum ſinum cum etiam mare Tirehnum, diu obſeruaui, Itaque Chorus flatus diſtat ab oriente quartum unū uerſus aquilonem, Vulturnus itidē quartum unum uerſus auſtrum, In plaga autem ſeptentrionali circa uentum Aquilonem ſunt duo alij flatus uentorum, quorum alter Boreas diſtat per quartum unum uerſus orientem a leua Aquilonis, a dextra etiam Traſias per quartum unum uerſus Zephirum, Verum a parte leua Zephiri reſidet uentus Iapix diſtans per quartum unum uerſus Aquilonem, a dextra autem ſpirat Libi ſemotus per quartū uerſus Auſtrum, ſed in meridiano Cardine circa Auſtrum, a, leua ſpirat libanotus, diſtans per quartum unum uerſus Zephirum, a dextra tandem flat Leuconotus p quartum unum ſemotus uerſus orientem, & ad faciendam tempeſtatem duo ſiue tres horum uentorum, ruunt flantq; unà,

FIGVRA VENTORVM PER QVARTAS, DIſtantias, 4, Cardinalibus iuxta ordinem antiqui buxoli & conſueti.



De uarijs nominibus uentorum. Cap. IX.

SVNT etiam multa alia uentorum nomina & flatus, qui oriuntur a pleriſquē locis, ut ab aquis currentibus, a montibus & collibus & ipſis ualibus, Inquit Vitruuius, ſunt præterea Auræ matutinæ quas ſol cum mergit de ſubteranea parte uerſando pulſat aeris humorem & impetu ſcandendo trudens exprimit aurarum antelucano ſpiritu flatus, qui cum Exorto Sole permanſerunt Euri uenti tenent partes. Collegi etiam apud eundem & pleroſque alios ſcriptores fide dignos, varia uētorū nomina et eſt Eurus, Vulturnus, Leuconotus, Auſter Altāus, Libanotos, Africus, ſubueſperos, Argeſtis, Fauonius, Eteſiæ, Circius, Chaurus, Chorus, Thraſias, Septētrio, Gallicus, Supnas, Aqlo, Boreas, Carbas, Solanus, Ornithiæ, Cecias, Atabulus, & prodromus ſunt igitur uentorum nomina numero ſex & uiginti. Sed Authores qui de uētis quibuſdam ſcripſerūt ex dictis ſunt, Ariſt. hypp. Vitruuius, Collumela, Strabo,

Plinius. Homerus Lucretius, Virgilius, Ouidius, Oratius, & Põtanus, cum Vegetio, & Aulo gelio, ac Seneca.

De fabula Ventorum. Cap. XI.

QVOD de Ventis fabulatur refferam etiam, quoniam ad uentos ſpectat, Priſcorũ prudentiores finxerunt, uentos filios eſſe Aſtreæ mulieris, filiæ Aſtrei filij Titanis, quam receptam eſſe aiebant in cœlum, quoniam fauit Cœlicolis aduerſus parentes & alios gigantes, dixerunt etiam, Auroram matrem aſtreæ fuiſſe, & in aurora & diluculo priuſquam diffugerint ſtellæ, leues auræ oriri ſolent, Ideo uiſum eſt antiquitati aſtriferum cœlum uentorum eſſe cauſam, quoniam adhuc lucentibus aſtris uentorum oriuntur flatus, nondum orto ſole, certum namq; eſt, quod ante ſolis ortum orientales flatus excitantur. Tamen ipſe iam retuli cauſam productionis uentorum, Ideo non Aſtrea, uerum, ſol eſt uerus parens uentorum, quia potiſſima cauſa flatuum eſt.

De Aeolo rege uentorum. Cap. XII.

LEGITVR apud. Diodorũ Siculum, Quod priſcis temporibus, cum ex filijs Aeoli qui fuit Ellinis, ex Deucalione nati cæteri, quæ dicta ſunt loca habitauit, ſolus Minas in Aeolide regnauit, eius filius Hippotes ex Menalippe Aeolũ genuit, huius Arnẽ filiã Neptunus cognouit, qua de re, Indignatus pater Metapontio aduenæ q tũ caſu aduenerat, eo pacto Arnẽ dedit, ut illã Metapõtũ deduceret, ubi duos peperit filios, Aeolum Boetumque quos Metapõtius liberis carens quoddã motus oraculo adoptauit in filios, hij iam uiri facti, orta uiuente Metapontio ſeditione, regnum obtinuerunt, poſtmodum diſſenſione inter Arnem, Atolipen perimere, eam rem grauiter ferente Metapontio, illi preparatis nauibus cum matre multiſque amicorum, mane ingreſſi, Aeolus quidem ad Inſulas Tyrreni maris appulit quæ ab eo Aeolides ſunt appellatæ, ciuitatemque condidit, quam, liparam uocauit. De hoc itaque Aeolo & Homerus In Odiſea, & Virgilius in Aeneida fabulantes multa cecinerunt figmentis celantes ueritatem, ne ignauis ſeu inertibus, uerum, eruditis & ſolertibus egregia nota fierent. De hoc etiam Aeolo ſcripſit ſtrabo, ubi quens, hiſtoria tradit Aeolum ad iacentibus Liparie inſulis Imperaſſe, Vicinia itidem loca Aetne & Leontinis, Cyclopas, & Leſtrigonas immanes quoſdam homines tenuiſſe, is igitur primus ex aeolis Lipariarum inſularum, quarum quedam ignem adhuc emittunt primus aduerterit, quo ram flãma declinaret quieſcentibus uentis, Nam ſi in occidentem, eurum, ſi in orientem Zephi

rum, ſiue in ſeptentrionem, notum, uel in meridiem Aquilonem prædicebat poſtridie uenturum, hoc tandem ſolertium ingenia figmento operierunt.

De Proprietati Subſolani. Cap. XIII.

ET quoniam primi uentorum flatus, oriuntur ab oriente, Ideo primum dicam de natura ſpirituum orietalium, demum per circulum rotando deueniam ad alios, itaque Apeliotes a græcis a Romanis ſubſolanus uentus, a uulgaribus eurus appellatus, ſpirat a Cardine orientali, quis autem ſibi aut alijs prodeſſe deſiderat, illum, oportet cognoſcere, uentorum proprietates, illorum maxime, qui nobis cõmunes ſunt, qui ue nobiſcum cohabitant, quoniam ſic & ſingularum regionum & quorũdam locorum peculiares Cognoſcet proprietates. Orientalium nationum tandem naturam perpendimus ex ipſis ſpiritibus orientalibus, quare & ſi omnes flatus uentorum propria natura, corpora mortalium humectant, tamen Subſolanus hoc maxime facit, quia multa flumina, plurimos lacus, immenſos Paludes, latiſsimaque Maria, tranſnolitans, maxime fit humidus acolis Europæ & præcipue Italis, quia Craſſum & ualde humidum efficit aera, repletque corpora terræ partem hanc incollentium malis ſpiritibus, obcludens uias & poros bonæ hominum Temperaturæ, Dum tamẽ non tranſit lacus, ſtagna, flumina, & maria ipſa, Tum Aſiaticis eſt ſaluberrimus, & ſi in ortu, ex lacubus, ſtagnis, uel fluminibus incrementum ſuſcipiat, quoniam Hyp. ſecundo de Victus ratione, Venti qui de niue glacie gelu, paludibus & fluminibus ſpirant, omnes animalia ſataq; humectant, & refrigerant, ſanaque corpora preſtant, niſi infrigiditate modum excedant, quod in Aſia nõ fit ut plurimum, & quoniam Aſiatici ſunt maxime ſuppoſiti ſolis ardoribus, Ideo eurus maxime confert illis, temperat .n. illorum biloſam Temperaturam, nam hæc in populis Aſiæ bilis dominatur & Temperamento ſanguinis abundant, Europæ uero nationes, ut humidioris sta & frigidioris complexionis ſunt, Ideo flatus horientales illis ſunt ualde nocui, Aſiaticis uero proficui, illis propter maximam diſtantiam, alijs autem propter propinquitatem, præterea is uentus commouet cælum & aera, traducit nubes, & cælum ſiue aera turbat, fuſcum & caliginoſum faciens ſpiritum. Eurus tandem de Limpidis Caliginoſum efficit, denſum atque compactum, propterea is uentus eſt inſalubris, quamuis primo leuiter ſpirare incipiat, quia haud ſubito primum ſpiritum denſum ue aera ſuperat, ſed temporis ſpatio diſſoluit, demum omnes Terra, maria, flumina, acfontes & putei quoque, omnia etiam quæ naſcuntur, quæ flatum uentorum ſentiunt, flatibus ſubſolanis inficiuntur, nam is uẽtus de limpidis denſa ſeu Turbida efficit, frigida calefaciens, & ſicca humectans, Quinimo uaſa uinaria & urnæ oleo plenæ ſpiritum ſentiunt euri itaque numerum ſi mutant bonũ ſaporem, quaſi aliam ſpetiem liquoris ſubeundo, poſtquam & clariſsimum ſolis lumen

& phœbes lucem cæterorumque ſiderum radios reddit hebetiores, quamſit eorum natura, cum ergo hec tam magna ſubſolanus inficiat ſuperando, non eſt mirandum ſi corpora humanorum graui er inficiat & tabida reddat. Ideo flatus Euri ſufficiunt mutare & optimam hominis temperaturam quia Excitat pituitam & ipſam melancoliam, ex ſuccis quidem peſſimos humores, itam frigidum & ſiccum eſt illud quod mortificat, ſecundum Ariſt 4. Meth ſed pituita uberrima obcludens ſpirituum Canales, plurimos deſtruit, ut habetur in legibus Medentum.

De Noti proprietate. Cap. XIIII.

NOTVS ſpirat de locis natura ſimillimis Aquiloni, et ſi ab axe flat meridiano frigidus itaque & humidus Notus eſt, neque deeſt, nix, glaties, & gelu, quibus proximas regiones inficit, quia flatus his non exſicatur, neque fit rarus aut calidas, niſi poſtquam plagam perflauerit meridianam, Quare poſt plagam hanc Notus, neceſſario eſt humidus & calidus, niſi regiones ſeu ſitus locorum Temperauerint hanc qualitatem noti. Notus tandem poſtquam tranſierit mediam cœli regionem fit uentus calidus & ſiccus. Ideo proximas prouintias calefaciens exſicat, quod eſt compertum in Libia, ibi &. n. ſiccius & genus hominum efficit, Nam & quæ Terra producit ibi ſunt ſiccora, Cum uero perflat maria tendens ad alias regiones, conquirit humidum, calidum poſſidens intemperamentum, ſolis ob ardorem, quo premitur perflans mediam regionē propterea Notus neceſſario fit humidus & calidus Notus etiam, ut & Subſolanus mollis compactum ſpiritum, & ſi leniter incipiat ſpirare. Itaq; ſtagna & lacuſtria fontes & flumina ac ipſum mare ſentit ſpiritum Noti, Efficitque Notus, ut et Eurus ex frigidis calida et ex ſiccis humida, Turbans aūt hec omnia, ut clara ſeu diafona non eſſent. Eodem uitio & uaſa uinaria inficit, corrumpit & uinum, quia uinum plerunque ſentit ſpiritum Noti ſolis etiam ac Lunæ ſyderumque lumen reddit hebetius, inſtar ſubſolani, Nymirum igitur dum humana corpora Inficiat, Libie tādē genus hoc ſpiritu adeo nō inficitur ut populus Europe, illis et. n. & ſerenitatis et ſalubritatis, us uero oppoſitorū effectuum eſt cauſa, propterea ualde inſalubris eſt uetus.

De Zephiri proprietate. Cap. XV.

GRAECI Zephirum, dicunt eſſe uentum qui flat ab occidentali regione, & ſpirat aduerſus Eurū, ut & Septentrio in Auſtrum, et eſt ſpiritus ſeruans uitam, quoniam fert quæ ſunt ad uitam, hunc etiam Itali fauonium uocant, quia rebus omnibus fauet, eſt. n. ſpiritus genitalis uiuendi, eo namque medio fit conceptus uegetabilium in terræ uiſceribus, quia omnis planta flante eo, uelut denuo germinat

ac pullulat, Itaque ſpiritus is pulcherrima efficit & tempora, exhilarat & mortalium animos ſuaui aura merorem pelens, nam & in autbus Canorem excitat, & ipſam prolis fecunditatem. ſuſcitat Teluri ornamentum ex floribus, & herbis uirentibus ſaluberrimũ fauonius efficit & Veris Tempus, quia hoc tẽpore maxime ſpirat Zephirus.

De proprietate Septentrionis. Cap. XVI.

SEPTENTRIO uentorum frigidiſſimus & ſicciſſimus eſt, reliquoſque uentos compeſcit, & nubes abigit, & quoniam de locis ſpirat ad que ſol non accedit, adeo, ut exſiccet & calefaciat, ideo talem poſſidet proprietatem, quare magna ui quadam perflat proximam regionem, accolis demum proximis eſt gelidiſſimus, remotis uero prouintijs mitior eſt, at oris libicis Imbrium quoque cauſa eſt, illic & .n propellit nubes ſed europe inducit ſerenitatem, ab initio ſurgit ualde furens, neque mitescit niſi poſt triduum ſpiritus is tandem omnes ſuperfluos ſuccos conſumit humano corpori, atque eius inſtrumentis adijcit robur, quoniam ſtringit & in unum dẽſando cogit ſubſtantiam. Itaque hoc flante ſpiritu omnia fiunt meliora, ſecundum & nature & anime operationes, quia genus Europe hoc flante ſpiritu audatius & melius exprimit uerba atque audit ſermonem, ſalubrius tandem uentus is corpus efficit, ſeruat & fructus lectos ne corrumpantur, & apertum eſt accolis precipue Europe, ponticiens ſalubritatem, quia reddit corpora ualidiora, uegetiora, & ad motus promptiora in aere partim, cuius eſt cauſa, propterea Sententrio omnium uentorum ſaluberrimus eſt, de hoc etiam ſcripſit ſuento Hipp. lib. nono de aere aquis & locis, inquiens, ſub urſis montibus que Rhipheis oritur Septentrio, hec tandem loca perpetuis niuibus gelu, aquis ſpirantes uigent perpetuo, qui ferè nunquam deſerunt montes, ideo uix colitur.

De Tempeſtatibus. Cap. XVII.

DVO uel tres ſpiritus uentorum effitiunt tempeſtatem, ut Subſolanus ſeu apeliotes cum uulturno ſiue euro ſpirante a dextra ſubſolani, Nõnunquam uero concurit in tempeſtatem chorus uentus a latere leuo, ut tũc eſt murmur fortior, maior enim eſt uiolẽtia trium quã duorum ſpirituum, hec autem dicitur tempeſtas orientalis, furit etiam fauonius appellatur Zephirus cum choro a dextra eius fragor uero fit maior cum concurit ſubueſpos uentus cum furore hiſque impetus ab occidua parte ruit. Tamen & Auſter cum libic ſpirtu excitant tempeſtatem, furunt. n. uehementius per aduentum libanoti, Et Septentrio cum borea uertũt aera rum maribus ſed maior fit eorum impetus Aquilonis aduentante ſpiritu. Sed maxime turbatur Tempus

C

inſignis aereis, precipue cum ſit quorundam ſiderum ortus ſeu occaſus. Et ſigna ſunt Gemini Libra & Aquarius Sidera uero ſunt Fidicula, Aquila, delphinus oryon, Arctu rus, Virgiliæ Suculæ, Lepus, Canis, & huius modi quæ retulit Ptolemeus, alia Concur runt etiam diuerſi ſpiritus nonunquam quorum pugna maximam excitat fortunam pelagi, & cum furens procella circumuertitur in orbem, tum fit uehemens tranſi- tus ſpirituum, ut a Subſolano ad Vulturnũ, poſt hunc ad Libanotum deinde ad Auſtrũ poſt, ad ſpiritũ Libiæ ad Subueſperũ ad Zephirũ ad Iapigẽ ad Chorũ ad Aqlonẽ, ad Se ptentrionem poſtremo & ad Boream, atque inde uertitur iterum ad ſubſolanum, & hoc accidit propter maximas exalationes quæ fiunt per uniuerſam Terram eodem tempore, hoc tamen ſerius ſolet euenire, & Tempus, cum grãdines & procellæ appa- rent, dicitur Tempeſtas, uentorum ac maris cum furore, atque Tempeſtas hæc appella- tur maior uiolentia. Tempeſtates tandem ex natura aeris & Terreno halitu fiunt, quia ambo uia confunduntur, propterea fit tempus nubilum mouentur flumina, hinc deſcen- dunt coruſcationes cum tonitruis, Turbines & procellæ cum grandinibus, Hinc naturæ uidetur dari pugna, quia uis quorundam ſyderum quedam premens quedam erigens turbat, Itaque Tempeſtatem dicimus eſſe uentorum uim ruentem cum grandinibus quæ undique terram propellunt. Tempeſtas etiam quædam ſcindit, quedam euelit plantas cum radicibus, quedam ſolida ſaxa diſiicit quedam etiam euertit Turres domos ac tecta Aedium ſuperbarum Tãdem dum furit Tempeſtas uapores fuſci & nigri uolitant exalto deſcendentes in terram, iterumque Eleuantur in coelum, ruuntque per Inunta uenti, & quaſi facta rapina redeunt cum magno murmure rapiunt animalia deferentes in alias regiones Tandem maximos Cruciatus patitur tellus, Et diſcordia quadam mouetur in cælum tanquam pugnam aggredi uolens, at quoniam aſsidue uoluitur uentorum Turbi ne, ideo non licet illi temptare pugnam propterea reflectens in ſe proprias uires, obte- gitur in uentorum impetum hæc tamen omnia fiunt motu Syderum.

De ſignis incerte Tempeſtatis. Cap. XVIII.

DE ſignis incerte Tempeſtatis, nequaquam aliter, niſi experimento quorundam hominum colentium rus ſcribi poteſt, quibus notum eſt quod quedam plante afflantur ſpiritibus & ſyderum influxu, & explantis ſunt ſalices olea & populus alba teſte Plinio, folia ſolſti- tio circumagunt, harum & interni cortices ſeu membranule ſpiri- tu intente rumpuntur, neque miratur hoc cui nota eſt heliotropium herba, quæ ſemper intuetur ſolem, atque omnibus horis uertitur cum eo, tam nubido die quam ſereno. Et in mari omnium conchilium corpora augentur creſcente Luna ut & cerebrum hominis, quinimo & reptilium uiſcera lunari poteſtate afficiuntur, cum & ipſa formica eiuſdem ſyderis ſentit uires. Turpe eſt ergo homini ſyderum propric-

tates & influxus ignorare, poſtquam præcipua ſydera in uaſto etiam cœlo numero cõprehenſa ſunt ab Aegyptiorum doctoribus inſignis poſita eſſe duodecim, & numerus inſignium ſtellarum compertus eſt ſex centenarius cum millenario. Ex quibus cum uidetur diſcurſus quidã, tum inde & procelloſi flatus oriũtur pflantes maria ac terras.

Canones Ex Diuerſis De temporibus.

AER *eſt unum de quatuor elementis*

Aer eſt alimentum, ſpirituum & corporum humanorum

Aer ſpiritus etiam dicitur

Aer motus eſt ſpiritus

Aer, quo circundamur ualde eſt frigidior humano ſpiritu

Aer, cum trahitur a ſpiritu humano, neceſſario frigidus debet eſſe intemperamentũ

Aeris admixtio cum ſpiritu, eſt conſeruatio noſtræ humanitatis

Aeris per contractionem Temperatur homo,

Aer, in nobis longiori mora perdit conſolationem, propterea, nouo, ſpiritus indiget, in propriam conſeruationem.

Aer cõtractus neceſſario expelli debet, quia ſecum pelluntur & nocua et recentiori datur locus.

Aer clarus et Temperie plenus, efficit et ſeruat humanam ualetudinem

Aer impurus et Craſſus inducit oppoſitum

Aeris per exitum, mundus fit homo

Aer mutatur ex ordine naturæ

Aer etiam preter ſeriem naturæ mutatur

Aer bonus eſt, cui nil miſcetur de uaporibus

Aer bonus, clarus eſt

Aer lacuum, profunditatum, et concluſorum, malus eſt;

Aer calidus ſoluit et laxat

Aer frigidus, ſtringit, et fortiorem efficit hominem

Aer humidus lenit cutem et corpus humectat

Aer ſiccus cutem ſiccat et turpius reddit corpus

Aer Craſſus triſtem efficit animam

Aer craſſus eſt cui admixtum eſt de uaporibus

Aer cum mutatur promouet in corporibus accidentia

Spiritus ſecundum philoſophum, animam ſignificat,

Spiritus humanus, purgamentis et euentatione ſeruatur

Tempora, quedam ſunt ſecundum medentes, quedam ſecundum aſtronomos

Tempora ſecundum medentes ſunt, quibus non egent multum calfacientibus, uel nimium frigeſentibus.

Tempus ueris eſt cum arbores frondere incipiunt ſole in medio arietis ſtante
Tempus ueris et autumni ſecundum medentes, breuius eſt, tēporibus æſtatis et hiemis
Tempus Aeſtatis, opponitur tempori, et hoc ſecundum regiones
Tempus ueris, eſt florum et fructuum principium
Tempus autumni, eſt caloris deffectus et caſus frondium
Tempus quod eſt, præter hæc, uel imber eſt uel æſtas torrida
Tempus ueris temperatum eſt, Aeſtatis, uero calidum
Temporis conuerſio ad frigidum eſt leuis, ad humidum uero nō eſt adeo facilis,
Temporis conuerſio ad ſicum eſt facilis propter calorem
Tempus autumni, eſt oppoſitum ueri,
Tempus anni calidum Aeſtas, eſt ſecundum medentes
Tempus anni frigidum, eſt hiems ſecundum eoſdem
Quodlibet Tempus calidum, exſiccat,
Quodlibet tempus frigidum, non humectat, quia denſat et ſtringit
Tempus ueris, in tanto tempore temperatur, propter calorem, in quanto, ſicitas autumni non temperatur propter frigus.
Humectatio et ſicitas horum tēporū, p ſimiles ſunt, operationibus, habitui et priuationi
Temporum uarietas in omni climate producit aliquod genus morborum
Omne tempus ſeruans propriam naturam ſaluberrimum eſt.
Mutationes temporum, in uno tempore, minus ſunt malæ mutationibus quæ fiunt diuerſis temporibus
Annus in quo tempora ſeruant eandem qualitatem, nequam eſt,
Annus humidus malus eſt, Ideo cauſa eſt morborum acerrimorum
Si nequam tempus unum, mouet genera morborum, quanto magis plura tēpora mala
Tempus frigidum concitat communialem morbum exuberantibus pituita, mouet paraleſim, apoplexiam, et neruorum conuulſionem
Tempus calidum concitat maniam, calidos abſceſſus, febres acutas, bili feruentibus, Ideo totus annus huiuſmodi malus eſt.
Cum cito hiemat, cito et affectus hiemales expergiſcuntur, ut et cum primum Aeſtus ſuccedit, cito morbi Aeſtiui concitantur
Cum aliquod tempus protrahitur, plurimi comperiuntur morborum illius ſecundū naturam temporis
Effectus mutationum temporum, temporis propter cauſam non ſunt, unde eſt tempus
Temporis qualitatum mutatio, efficit in mutationibus diſpoſitionem
In temporibus ſaluberrimi ſunt autumnus pluuialis et hiems temperata
Dies quæ mutatur in qualitate, mutat corpora humanorum
Ver ſeptentrionalis poſt meridionalem hiemem temperat humana corpora
Ver humidum, ſiccam hiemem temperat
Ver cū ſeruat propriā naturā, proportionalis eſt hoīs ſpiritui atque eius ſanguinī

Ver mouet omnes humores
Ver, cum protrahitur Aeſtate pauci morborum comperiuntur
Vere, ex peccato ſanguinis ſiunt morbi, & ubertate melancoliæ
Ver pueris eſt conueniens
Ver humidum & pluuioſum poſt hiemem borealem Aeſtiuarum febrium acutarum eſt inditium
Ver pluuioſum Aeſtasq; non egens Pluuia ſolent eſſe ſalubritatis cauſa
Aeſtas ſoluit ſuccos, & naturales operationes debiles facit
Aeſtas calida & ſicca cito concitat morbos
Aeſtas humida haud ſic facit
Aeſtiui affectus ſunt febres Tertianæ & quæ tenuant corpus
Aeſtas ſimilis ueri haud concitat prauas febres
Aeſtas flatibus auſtrinis exuberans occaſibus hominum abundat & morbis accutis
Aeſtate uiget bilis rubra
Aeſtas ſoluit humores laxatque uirtutes
Aeſtas uernalis, producit febres bonæ diſpoſitionis
Aeſtas meridionalis, mortiferos affectus concitat
Aeſtas uaporoſa poſt uer nouum ſeptentrionale, & hiemem meridionalem producit affectus mortales in pueris, in reliquis uentris profluuia
Aeſtas ſeptentrionalis ſalubris eſt
Aeſtas ſicca ac Septentrionalis confert pituitoſis habitibus
Aeſtas minuit ſanguinem & ſoluit
Aeſtas comburit hominis ſuccos
Autumnus nutrit langores Aeſtiuos
Autumnus habentibus ulcus in pulmone malus eſt
In Autumno ex humoribus uſtis fit cinis
Autumni tempus præſtantius eſt humidum et pluuioſum
Autumni tempus eſt oppoſitum ueri
Hiems obeſt ſenibus et illis ſimilibus
Hieme concoctio fit melior
Hiemales morbi exubertate pituite maxime producuntur
Hiems eſt melior tempus ad digerendum
Terræ quarũ latitudines ſunt ꝓpinq; declinatiõi toti, omnibus terris ſunt calidiores
Locus profundus eſt calidior
Locus altus ſemper eſt frigidior
Ciuitates mari propinque humidiores ſunt, remote uero ſicciores
In linea Aequinoctiali non eſt calor illius ſuperfluitatis quam facit ſol circa reuolutionem cancri.
Venti, meliores ſunt Septentrionales, poſt hos, Orientales, deinde occidentales, deterio-

res ſunt meridionales.

Ventus meridionalis eſt calidus & humidus ſecundum plurimum.
Ventus Septemtrionalis eſt frigidus & ſiccus
Ventus Orientalis eſt inter frigidum & calidum
Ventus Occidentalis eſt minus ſiccus Orientali.

Ex hippocrate obſeruationes. Cap. XX.

Mutationes temporum potiſſime pariunt morbos,& in temporibus magnæ mutationis,aut frigoris,aut caloris

In temporibus quando eadem die modo calor modo frigus fit autumnales morbos expectare oportet.

Auſtri auditum hebetantes,caliginoſi,caput grauantes,pigri,diſſoluentes,quando huiuſcemodi tempeſtas preualuerit,talia in morbis patiuntur,At ſi Aquilonia fuerit,tuſſes,fauces,alui duri difficultates urinæ,horrores,coſtarum dolores & pectoris,quando hæc tempeſtas preualuerit,Talia in morbis expectare oportet

Quando fit ueri ſimilis,ſudores inſfebribus multos expectare oportet.

Inſiccitatibus febres acutæ ſunt,

In conſtantibus temporibus quam tempeſtiue,Tempeſtiua redduntur, Morbi conſtantes & boni iuditij ſiunt,in Incōſtantibus autem inconſtantes & mali iuditij

Autumno, morbi auccutiſſimi atque exitiales maxima ex parte,uer uero ſaluberrimum & minus exitiale

Autumnus tabidis malus

De temporibus,ſiquidem hyems ſicca & Aquilonia fuerit, uer uero pluuioſum & auſtrale,neceſſe eſt Aeſtate febres acutas fieri & lippitudines,

Si uero hyems auſtralis & ſerena fuerit,uer autem ſiccum & Aquilonium, mulieres quibus partus ad uer deſcendit ex quacunque occaſione abortiuntur

Si uero Aeſtas ſicca fuerit & Aquilonia,autumnus uero pluuioſus & auſtralis dolores capitis ad hyemem ſiunt & tuſſes.

Ex anni aūt cōſtitutionibus,quod in totū dixerim,ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores

Pluuiarum,in multitudine,morbi magna ex parte ſiunt febres longe

Quottidianæ conſtitutiones,Aquilonæ quidem corpora denſant hauſtrinæ diſſoluūt corpora & humectant

Per tempora anni,uere quidem & prima Aeſtate pueri & qui hos ſequuntur, etate,optime degunt,& ſani ſunt. Aeſtate uero et autumno uſque ad aliquid ſenes,Reliquum autumni,& hyeme,qui mediam etatem habent.

De mare interno. Cap. XXI.

TERRA tandem quæ extra, oceano abluitur, Quoſdam ſinus in ſe ipſa admittit, inter quos quatuor ſunt ampliſſimi, ex quibus Aquilonaris ſinus, uocatur mare Caſpium, A quibuſdam etiam hyrcanum at qui ab auſtrali plaga introfundatur a quibuſdam perſicus, ab aliis dicitur Arabicus, preterea, unus maxime aduerſus eſt hyrcano, reliquum pontico, ſed quartus excedit hos admodum magnitudine, quod efficit internum mare noſtrum, principium ab occaſu et freto per columnas herculeas accipiens, atque ad regiones eoas longe maiori latitudine protenſum, deinde ſectum induos ſinus uberioris maris terminum, Atque aleua Euxinum appellamus pontum, a dextra conſtantem Aegyptio pelago pamphilio et Iſſico, Reliquum, omnes ſinus commemorati influunt anguſto æſtu ab extremo mari, et maiores influxus maris ſunt ex arabico, et Gaditano per columnas, quam ceteris ex aliis partibus. Sed terra trifariam diuiſa eſt, in quam mare influit, At Europa facile cunctarum induit formas plurimas. ſed Aphrica oppoſitũ, et Aſia, medias poſidet facultates inter dicta. Nec habemus cauſam ut litorum internorum diuerſitatem efferre poſſimus, Nam exterior terra ſimplicia habet extrema, clamidis adſimilitudinem, tamen Geographice diſquirentes, et formas et molles perquirendæ et mutuæ continentiæ, ſciunt, Interna littora terræ magis externis, uaria ſunt, maior et temperies et notio ciuitatum, & nationum, et illorum quæ ſunt bene inſtituta, quæ et noſcenda et deſideranda ſunt, Nam actionibus et artibus inſtruimar atque inſtituimur ad prudentiam uſque. Ideo mare internum magnam habet excellentiam, cuius initium eſt a freto columnarum, cuius traditur latitudo miliarium Romanorum octo cum tribus quartis unius, at circa anguſtias miliaria quindecim, et hic Aſpectus offert apparentiam ingentis pelagi, ex dextro latere terminat Africa uſque ad Carthaginem, ex leuo Hiſpania cum Narbonenſi Gallia et Maſilia, poſt hæc litore liguſtico cingitur, deinde Italico adſiculum uſque fretum, et latus pelagi ad ortum ſpectantis, poſt Trinacriam, ſiciliæ litora ſunt, cuius latus unum diſtat ab Italis litoribus unum, ferè miliare Italicum, aliud ab Africa miliaribus, dimidio ſex cum octoginta ſupra centum, ſed ductis linea a Columnis herculis ad mare uorticoſum Trinacriæ, eſt ſpatium miliarium quingẽtorum ſupra mille, longitudinis pelagi huius, & latitudo maxima, miliarium uiginti quinque ſopra ſexcenta, a ſinu Narbonenſis Galliæ uel Maſiliæ, quod eſt oppoſitum Africæ, atque huius maris partem magnam appellant mare Africanum, quod uero ſpectat terram, ex parte hiſpanum, ex parte & Liguſticum & Sardonium, poſtremo, ad Siciliam uſque Tyrrhenum uocant pelagus, atque in litore Tyrrheno quedam exſtant inſulæ quarum maxima eſt Trinacria, poſt hanc Sardinia & Corſica, iis autem inferiores ſunt, ex latere Siculo, Pandria, & Pantia inſula ſed terræ Italiæ magis propiaquæ, ſunt Athalia, Fanaſia Capreæ Prochyta, Pythecuſa & Leucoſia &

pontiæ haud p ocul à monte Circeo, & hæ inſulæ ſunt in mari Cratero uel parthenopeo ſinu, Sed ab oris liguſticis ad Columnas eſt inſula Gimneſia, et Boſus, Atque inter Africam et Siciliam eſt Coſſura et Egimurus cū Lipareonis, quas poetæ appellāt inſulas Aeolias. Tamen ut etiam diſtantia inſularum in hoc ſinu iacentium nota ſit nauigantibus, incipiam ab inſulis iacentibus inter Siciliam et Africam, ad columnas tandem deſcendendo, iacet ergo inter Africam & Siciliā, coſſura inſula, diſtans a Lylibeo miliaria.22.cum dimidio, Clipea uero ab Africa miliaria. 73.cum 6. parte unius, ſed Maltatiæ, Falacron, Cerenna & Tacapis inſulæ diſtant 77.cum.3 parte unius at Girba Aguti, Diſtripoli miliaria.11.&.4 parte unius.a quibus etiam haud procul iacent Tracia, Cephalenia, Syrota, Ithaca, Aſteris, Propaxos Paxos & Oxia inſulæ, Verum inter Siciliam et italiam adhuc aliæ diſperſæ ſunt inſulæ, ſed Arethuſa diſtat a Caſtello Siracuſarum miliare.cum.1.3.parte unius, tantundem et Tapſus Aſtrongilos et Liparis miliaria 37.cum dimidio, atque Eraclea iacet in medio, a Meſſana in Liparā miliaria.40.Tantum diſtant Aegina Heracliotes, et Diduma, et Caprea, a Puteolis uel Neapoli diſtat miliaria.37.cum dimidio, Egina atque Enaria a Cumis miliaria.5 cum dimidio Pandetaria a Taracina ciuitate miliaria 37.cum dimidio, uel tres Pontiæ tantundem ab eodem loco diſtant & ſunt inſulæ oppoſitæ Circeo monti in mari Tireno. Inter Sardiniam & Italiam iacet inſula Ilba diſtans a Tuſcia miliaria.75. Planaſia ab Ilba diſtat miliaria.11.cum 4.parte unius Igillum a Coſa.11.cum.4.parte unius.

ET poſt Siciliam duo ſunt maria, unum ante Syrtes & Cirenaicum, alterum dicitur Auſonium, et quod Strtibus prætēditur & regioni Cirenarum, Libicum uel Africarum appellatur, & Aegyptio terminat pelago, & minor Syrtium eſt ambitu miliarum ducentorum, maioris uero circuitus eſt miliarum ſexcentorum cum. 25. ſed minor utrinque hoſtium habet, et inſulæ adiacentes ſunt, Meninx & Cercina, Ab agro Heſperidum ad Automala, & confinia Cirenarum, ad reliquam terram Libiæ quæ eſt in eo tractu, nauigationis ambitus eſt milium quingentorum, profundum uero ſexagintorum duo & duobus partibus unius, Cæterum mare ſiculum, Siciliæ et Italiæ opponitur ad orientem et creſcit morientis partē uſque ad promontoria Cretæ, abluit plurimam partem Peloponeſi, implet Sinum Corynthiacum, protegens os ad Aquilonem et ſinus Eonij et partes Epiri ſpectantes inauſtrum, uſque ad Ambracium ſinum, litusque contiguum efficit Corynthiaci ſinu, ad Pelaponenſum, Et ſinus Adriaticus, olim Ionius, eſt pars eius, cuius latus dextrum facit Illiria, ſiniſtrum Italia ad intimos receſus Venetiarū, eiuſque anguſta eſt latitudo, ſed maxima eſt miliaria.150. longitudo autem miliaria.750. aſt in eo ſinu frequentes inſulæ ſunt uerſus terram Illiricam et eſt inſularum prima utique opulentiſſima apud Raguſium dicta Media ſed naualis uniuerſa, quoniam nautico ſtruet exercitio, cum nauium ubertate, iacet hāc prope alia inſula quam Diplodem enuntiant, haud minori gloria, Mediæ polens in nauticis Milea uero ſeu melita protenditur in mare, 37, cum dimidio miliario, deinde adiacet

Corcira,

Corcira Auguſta, diomedis Inſule, trimittes verſus Italiam cum Liſſa Illiria verſus Farus inſula cum duabus ciuitatibus Brachia nobilis marmore & Iſſa exaduerſo iacentes ſalone, deinde ſequitur inſula Tragurium & ciuitas in litore maris Illirici, poſt hanc iacet inſula Sancti Michaelis, & in litore Sibenitico eſt inſula maſaria, lupacia, primaria ortis & uineis ornatiſſime, ſubiacent, & pleraque alte breuiſſimo tractu diſtantes paſculis pecudum apte & receptui piſcatorum, preterea Azuria inſula diſtans a ſico ciuitate nobili propter marmorē olim miliaria. 12 piſcatoria utique inſula nam gregatiles omnis piſces ſemper ibi expiſcantur, eſtq; prope turim Sancti Georgij in eodem tractu prope terram peruſta inſula, eſt que & Mortarium, dotata uino preſtanciori campano, ſubiacet huic inſula graca deinde incoronate inſule reperiuntur, ſub quibus iacet ſcopulus purdaria dictus, at verſus iaderā ciuitatem eſt magna inſula Carbonaria poſtquam iacet Aulea inſula paruo tractu diſtans a terra, poſt hanc ulba & quidam ſcopuli peſtiius nomine. Portus Sancti Petri de niue inſule due, diſtant a Iadera miliaxia. 40 at terrā verſus & ubi os boreo creditur, eſt Pagus inſula cum ciuitate haud procul a Radicibus ruſtici montis, quem & cathenam mundi uocant, & hoc eſt intra tractu remotiori uerſus ſeptentrione n adiacet etiam Arbia inſula cum ciuitate eiuſdem nominis nobilis utiq; pulcherrimas propter ficus, deinde ſita eſt inſula ugilia laſciuis dotata uirginibus, at deſcendentes in Iſtriam offendunt inſulam ornatam duabus ciuitatibus cherſone & oſſoro, ipſa uero inſula u rcq; uocatur nomine a nauigantibus, tamen nec mireminis quod ipſe utor nominibus triuioribus modo quam uſus eſt ptolemeus, in exponendis inſulis uel ſcopulis Dalmatie, quoniam naute alıter haud perciperent noſtrum ſermonem, Sanſigus etiā iacet in hoc tractu & Vnie inſule, & ſunt termini Dalmatie atque iſtrie, principium tandem iſtrie ſunt primantures ſcopuli duo promontorio quippe adiacentes Iſtrie, liber autem hinc ſinus eſt Venetias uſque, eſtque tractus maris miliarium. 150. uerum enimuero Litus Italicum caret inſulis, opidis autem & ciuitatibus uberrimus eſt, ut & fontibus,

A PACHINO in cretam interualli ſunt miliaria. 600 a. cum dimidio, tantundem diſtat & ſinus laconicus, ab extrema Iapigia ad Interiora ſinus Corinthiaci, ſunt miliaria 375 ab eadem Iapigia extremo in Africam pluſquam millia. 500. atque in eo tractu ſunt Corcira & Sibta ante Epirum, ſed ante ſinum corynthiacum eſt inſula Cephalenia, Itaca, Zacynthus, Echinades, pelagus ſiculum iungitur Cretico, Zardonio & Myrthoo, & iacet inter Cretam, Argiam, & Atticam, quod latitudinem maximā habet miliaria 25000 longitudinem quam duplo minorem, atque in hoc mari ſunt Cythera Caluaria, & que Aeginam cingunt & ſalaminem & pleraſque ex Cicladibus, quod uero, eſt contiguum Aegeo, exiſtit cum ſinu Nigri ponti & Heleſponti, ſequitur mare Icarium & carpatium, ad Rhodum Cretam & Cypri primas partes, Reliquum eſt Aſie, in quo ſinu iacent inſule Ciclades, Carie Zone & AEolie cū Samo Chio Lesbo & Tenedo ad trodem. Sed ante Gratiā in Macedoniā uſque & Thracie Tractum, iacet Euboea inſula, Scyrus, perpethus, lemnus, Thaſus Imbous, & Samothracia,

cũ pluri nis alijs, ut Paros inſula nobilis marmore, Naxos Iacynthos, Aſcalaphos, ſeriphos, ſiphenos, Cimelos, Coos patria hypp. Andros, Cyaros & reliquę, quæ iã continentes factę ſunt ſolis propter ardores, & tractus huius maris eſt longitudinis miliara circiter quatuor mil latitudinis uero mil duo & tenetur a dictis partibus Aſiæ circa litoralia, e, ſinu in ſinum Thermeum, unde nauigatur in ſeptentrionem, & a Macedonia in Thraciam, uſque Cheroneſem, Tractus maris eſt circa unum miliare, ubique eſt Seſton & Abidon, hinc efluit mare Egeũ atque Heleſpontum in aliud pelagus ad Septentrionem, & appellatur pr opontidis, & hoc fluit in aliud mare quod uocant pontum Euxinum, quod, propter duo promontoria dicunt bimarem, Quorum alter, promontorium eſt Europæ Alter Aſiæ in oppoſito, atque Europæ promontorium appellant frontem Arietis & Aſiæ Carambim, diſtant miliaria. 312, cum 2. partibus unius, & pelagus ſpectans inoccaſum, e, Bizantio in Europtiones Boriſtenis eſt ſtatum miliarium. 475 latitudinis uero miliaria. 250. in hoc tractu iacet alba inſula inorientem ſpectans habet longitudinem 625. ſed latitudinis ſunt miliaria. 375. At totius maris eſt ambitus miliaria. 3125. & comparatur ambitus eius Intenſo arcui ſcytico, hac Tandem nauigatio eſt ab hoſtio ad receſſum agri Dioſcuriadis.

RHODIA etiam inſula efficit pelagus Aegyptium Pamphylium & Iſsicum, & extenduntur in orientem miliaria. 625 trans Cilicum litus, hinc Syria & Phenicia & Aegyptus ad auſtrum, uſque ad Alexandriam circundat ſed in ſinu Iſsico & Pamphilo Cypria iacet inſula, & hæc eſt contigua Aegyptio pelago, ſed Interuallum a Rhodo inſula ad Alexandriã uſque miliaria 500. & Circuitus nauigationis duplicatur. Ipſa uero Britania quodammodo æqualis eſt galliæ longitudine, protenſa haud minus miliaribus. 625, e regione iacentibus promõtorijs definita, ſunt & aliæ inſulæ in mari hoc quod interluit Galliã & Britaniam, & ſunt Orcades, Glota, Huernone, Etta, Iduna, Armia Aeſares, Barſa & quedam aliæ, ut docet Strab. et Antonius Auguſtus, hæc enim deprompſimus ab eiſdem.

De nominibus ſinuum diuerſorum. Cap. XXII.


NON Vniformis ratio Cauſas nominum Tribuit mari, eſt namque ſinus Aſiaticus, Phenicus, Carpatius, Egeus, Icarius, Balearicus, Cypricus, Auſonius Dalmaticus Liguſticus Tuſcus, Adriaticus, Argolicus, Corinthius, Tyrrius Mirticus, Ionicus Boſforus, Euxinus, propontis Aegyptius Gallicus et Africanus, ſed extremas oras terre amplectitur oceanus, qui, a, diuerſis littoribus diuerſa ẽt ſortitus eſt nomina, ut arabicus a littoribus Arabiæ haud aliter et pſicus, indicus, Accus, Syricus Hyrcanus Caſpius, Scythicus Germanicus Gallicus, Atlãticus lybicus et Aegyptius.

Nouæ Nauigationis Doctrina, Cap. XXIIII.

POSTQVAM ergo conſcripti ſunt ſinus mediteranei, atque inſulæ, quarum notio ueliuolantibus eſt ualde neceſſaria cum propria ferè diſtantia, quam extraximus ex teſtamento ſtrab. Qui conſcripſit eas de mente Poſidonij, atque Eratoſtnis doctrinæ inter hos etiã Homerum non omittens. Cum transfretauerimus quoſdam ſinus ex dictis duce pyxide, in quo tantum, facta eſt conſcriptio duodecim uentorum, reſiduum uero terræ per quartas diſtantias metientes haud firma cum ratione per ſinus dictos nauigabamus, ut etiam prouidi atque in prouidi nauigant nautæ, propterea improuidi, et in perfecto inſtrumento ducti, plurimis obruebamur tempeſtatibus et procellis uentorum, Ideo ſi inſtrumentum illud completum eſſet, et uentis circumſcription neceſſarijs ſaltem ad nauigationem utique tot erroribus non obducti eſſemus, quot obducebamur nauigantes, nã nobis nauigantibus in terebris etiam circundatis mare et Cælo tãtum, inſurexere uenti qui non a Septentrione uel a circumſtantibus, non a noto uel lateralibus, neque a ſubſolano, uel a circunſtantibus ſpirabãt, ſed nec a Zephiro penitus, uel ſtantibus a lateribus eius flabat uentus, Ignori tandem flatus ſpirituum, per quartas diſtãtias a Cardinalibus uentis haud recte nauigabamus, quamuis dux fida maris Vrſa maior nunquam defuit nobis, ignorabamus autem ex mutatione ſpirituum quam uerſus Prouintiam nauigaremus quoniam circunſtabant uarij uentorum ſpiritus, Erabamus tãdem et non nauigabamus propter uentorum ignorantiã, Ideo iudicauimus hanc eandem ob cauſam plurimos et naufragia et ſubuerſiones pati, Quare pietate nauigantium moti ſtuduimus illis qui copioſe tractarunt de uentis, deſiderantes tanto errori ſuccurrere, propterea præuio fauore ſuperum maximi, confecimus completum ac laudabile inſtrumentum, ut ique ueteri, ſeu quem nunc quoque ſtudioſe ſeruant nautæ, præſtantius, ad commodum uel utilitatem omnium nauigantium, remouentes quartas illas a Septentrione ad Zephirum uel ſubſolanum, uel a ſubſolano ad Septentrionem uel auſtrum uel ab auſtro ad ſubſolanum uel Zephirum, uel a Zephiro ad auſtrum uel ad Septentrionem, ut pictum eſt ueteri in pixide, nos tãdem ſtudentes Clariori inſtrumento exacte depyximus ſpecifica nomina uentorum, in hoc inſtrumento, ut quiſque quemlibet ſpiritum quo uela tenduntur, appellet proprio nomine, quo primi uel nauigantes uel aſtronomi appellauerint illum, et dicimus, non quatuor tantum, uel octo, uel uiginti quatuor, ſolummodo præcipuas eſſe uentos, at ſex et uiginti, quos etiam, tum Geographi, cum et Aſtronomi ſeruarunt proprijs appellantes nominibus ut in pixide ſubſcripſimus, quare duos ſpiritus magis eſſe comperimus in duabus temperatis partibus, In alijs uero duabus, minus eſſe flatus uentorum duos, nec repetimus, q̃ Ptolemeus que ue ſtr.ab. Pli. et cæteri oẽs ſcripſerũt de uẽtis quia notiſſum eſt, at dicimus quod mũdi partes temperantiores partibus in tẽperatis, omnium rerũ ca

pia et proprietate uberiores eſſe debent, his namque duabus in partibus, et aeris maior
temperies et imbres crebrius deſcendunt, et ſolis ardores ſunt temperantiores, Ideo ma-
iores et exalationes ſunt et uberiores, quam induabus alijs dictis, tandem iuxta ſex et
uiginti parallelos, qui habendi ſunt æquales in quatuor partibus orbis totidem et ſpiri
tus uentorum eſſe neceſſarios ad nauigationem et non minus neque plus, ijs demum uen
tis dicimus quod uniuerſum mare nauigare poſſumus inteligentes hoc idem de oceano,
et ad regionem æquinoctialem ad quam noſtris temporibus nauigarunt prouidi nautæ,
arbitrātes ultra mare Oceanum terram eſſe quam et compererunt de quibus tā conſcri
ptus eſt et liber ſubtitulo Noui orbis, et eſt regio illa quam multi contendebant nimium
eſſe temperatam quamuis ad eam non acceſſiſſent, nunc uero, hoc uerum eſſe dicimus
abſque contentione, quoniam plurimi noſtratium hac tempeſtate ad eam acceſerunt, et
temperatam eſſe regionem compertere, quia ſol in punctis ſuper uerticem non in moro-
tur, ideo ptho ſecundo Almegeſti, Quoniam receſſus ſecundum latitudinem uelociter
ab æquinoctialibus punctis deficit, unde temperatam reddit æſtatem, nec in ſolſtitijs
multum a uertice diſtare, quare leuiſſimas hyemes fieri, itaque a Gadibus ad fortuna-
tas inſulas nauigatur quæ ab hiſpanis uocantur Canariæ et iacent inoceano ſuper æqui
noctialem gradibus uiginti octo ſed miliaribus diſtant mile, ſecundum Hiſpanos, et ſunt
Intēperatiſſimo Cœlo nunquā enim eximius Calor aut uehemens frigus ſentitur ſed om
nia Temperata, et ad nauigatur cum obſeruatione antiqui pixidis et cultu Vrſæ maio-
ris, inde uero fit receſſus ad nouum orbem per medium oceani uerſus meridiem, et. n.
mare oceanum habet proprios terminos infrius etiam ut et ſuperius, atque interluit
terram illam ut et hanc ſupernam, quod cum ſit notiſſimum, non diſputabimus, ſi ſic, uel
non, quia eſt, ut nauigantes compertere, noſtrum uero eſt uobis oſtendere, quod ad ter-
ras illas iſdem flatibus uentorum tranſuehi poſſunt naues, quibus tranant maria ac ter
ras nobis ſupernis notas, tandem diuerſis temporibus anni, uenti tranſpirant mare, diuer
ſi, et mouent fluctus eius, neque eſt alia natura noſtri maris quem ſupernum uocamus
quam eſt inferiu quem dicamus nouū orbem cuius polus eſt antarticus et ſtella Cano-
pus laudatiſſima dux nauigantium ſub eo pòlo, et noſter eſt Articus et dux urſa maior
nauigantium etiam, quare eodem pixide utraque nauigatio fieri poteſt Tamen cum pro
pter diſtantiā et conuexum maris abſcondi ur Vrſa maior nauigantibus oceanum, tum
Canopus ſtella et polus antarticus apparet itidem ſub polo illo dux equidem haud mi-
nor in, auſtrali plaga quam Vrſa maior in Septentrionali uel noſtra regione, Quidam
autem dubitarunt cum citra conuexum uel non extenditur uentus uel non circuit ma-
re, quibus tandem uentis nauigant ad nouum orbem uel nouam hiſp. ideo ne heſitent
amplius, deſcriptos inuenient ſpiritus, ſex et uiginti iuxta totidem parallelos qui-
bus circumnauigare et ſe ram p ſſumet oceanum, cum ergo non nauigatur uen-
tis diametralibus tum fit transfretatio cum lateralibus deſcriptis in pixide ſecun-
dum ueram diſtantiam cuiuſque, idem etiam dicimus de redeuntibus ad nos e meri-
dionalibus & ultra oceanum, poſthac ergo deſiderantes ab altero polo ad alterum

tranſfre tâtes,tuto nauigabunt obſeruantes inſtrumentum hoc noſtræ deſcriptionis, Vtrũque enim polum poterunt ſeruare ad dimidium oceanũ,ad nouum orbem deſcendentes, polum arcticum, aſcendentes uero ad nos, Antarticum,cum ſuis ſpiritibus ſcriptis ſecundum ueram diſtantiam,quoniam ſi protenſum eſſet mare uel planum & terra ſpherica ut ait Manilius uel Cilindrica non eſſet,unius poli obſeruatio non ſufficeret ſed quoniam hæc ſpherica ſunt uel cilindrica Ideo utroque polo egent nauigantes & obſeruatione ſtellarum,cum autem immenſa diſtantia ſit maris nec terra ſemper conſpiſcitur. uel diſcernitur,currauimus,diligenter uobis exponere ut ſpecificos uentos cõprehenderetis,quibus uerſus quamque regionem tutius naugaretis,Nam cognitis ſpiritibus uela tendentibus noſcitur a prudentibus quo nam uelt uolant , propterea hortamur uos omnes nauigantes ut non nobis ſed altiſſimo tantum referatis gratias , in huius noui pixidis deſcriptione , quo duce nauigabitis tutius quam hactenus feciſtis,ſeruauit .n. Deus hoc,uſq; ad hæc tempora,quo indies eius memores exiſtatis,diligẽtes ipſum,quia & ille uos plurimum dilexit .



PIXIS uel Buxolus inſtrumentum & dux nauigantium .

Subſolanus, quem græci uocant apeliotem flat ab oriente æquinoctiali, ſolque ſubſolani auget ſpiritum, qui diuturnior eſt ſpiritibus ab occaſu flantibus.

Vulturnus, quem græci appellant Eurum, ſpirat aboriente brumali

Fauonius, quem græci dicunt Zephirum, ſeu Argeſtem, oritur ab occaſu equi noctiali. ſolque eius auget ſpiritus, tamen citius expirat flatibus orientalibus, ſed is hibernum cœlũ mollit in principio, euocat hirundines, ideo hunc uẽtum uocãt Chelidonã

Africus qui uocatur a græcis libanotus, exurgit ab occaſu brumali

Auſter flat a meridie æquinoctiali, ſed eius ſpiritus æſtiuis temporibus comprimit ſol meridianus, & frigus nocturnus,

Septẽtrio ſpirat ab Vrſa maiori, & in pari ferè numero deſinunt flatus Septẽtrionales.

Aquilo dictus boreas ſeu aparchias flat ante Septentrionem, atque exortum ſolſtitialem eſtque ſpiritus frigidiſſimus, compeſcit reliquos uentos & nubes abigit

Traſeas etiã uentus, ſpirat ex media regione, inter occaſum ſolſtitialẽ et Septẽtrionẽ.

Cæcias autem flat abortu ſolſtitiali inter Aquilonem & exortum æquinoctialem,

Circius eſt clariſſimus uentorum in narbonenſi prouintia, neque ulli uentorum inferior eſt, uiolentia.

Ornithia uentus, flat nouem diebus poſt brumam, eſtque ſpiritus contrarius fauonio, is uentus aues aduocat, quod accidit ſexto idus maias, eſtque ſpiritus is auſtrinus oppoſitus Septentrioni, Sole Exiſtente in uigeſimo quinto gradu Tauri, ſpirat & a bruma ſed leuius & paucis diebus

Prodromi ſpirant ante Exortum Caniculæ, diebus ferme octo, & ſunt flatus Aquilonij, ſed cum hij ſpiritus ſpirant uehementius, Eteſiæ uocantur, eos autem mollit geminatus ſolis ardor, eteſiæ noctu ceſſant, oriuntur. 3. hora diei, ſed in hiſp. & Aſia ſpirant ab oriente, in ponto ab Aquilo. in reliquis partibus a meridie

Auſtri etiam ſuccedunt poſt prodromos, ante æquinoctium autumnalem quod fit ad exortum Arcturi.

Chorus uẽtus cui uulturnus opponitur, autumnat, & frigiditate præſtat alios ſpiritus preter Aquilonis, conpeſcit & alios uentos, & nubes etiam ut Aquilo abigit

Auſter & Africus humidi ſunt flatus præcipue Italiæ Vulturnus & fauonius Tepidi ſunt ſpiritus.

A Septentrione & occidente uenti ſunt ſicciores, Aboriente & meridie flantibus

Duo uenti mutant naturam Aquilo ſcilicet & Auſter, quia Aquilo nubilus eſt Africe, & auſter Serenus.

Venti e dextro in leuum latus ſurgunt & ex leuo In dextrum, plerunque & ambiunt uenti ut ſol, iſdem namque uentis in oppoſitum nauigatur, ut nonunquam aduerſa noctu concurrant uela

Fluctus ſunt maiores auſtri quam Aquilonis, quoniam ille ex imo maris ſpirat, eſt que auſter uehementior noctu, Aquilo uero interdiu.

Venti hymbribus ſopiuntur.

Venti expectantur unde coelum coeperit ſerenari

Eaſdem uices aiunt redire exacto quadrienio, quod quidã exiſtimauit etiam fiat de temporibus magna ex parte & fit hoc quolibet anno inter calari

De nauigatione oceani ad nouũ orbem. Cap. XXV.

ET Quoniam diſtanti a gadibus ad nouam hyſpaniam, uel ultra æquinoctialem, non dum uidetur eſſe nota, quot ſtadijs uel miliaribus mare protenditur oceanum ab altiſſimo, Ideo ne hoc etiam uobis nauigantibus ignotum eſſet, retegimus, & cum ratione, ait ptol. quod inſula Taprobane, eſt in medio maris oceani, quæ diſtat a gadibus, duo ſupra triginta milia ſtadia, uel miliaria Romana, quatuor milia, itaque cum hæc inſula ſit in oceano æquinoctiali, dicendum eſt, quod ab hac inſula ad aliam terram & inſulas nuper repertas ultra æquinoctialem ſit ſpatiũ maris tantundem, duo ſcilicet ſupra triginta milia ſtadia, A gadibus uero & ultra equinoctialem ad ipſum nouum orbem, erit ſpatium maris quatuor ſuper Sexaginta milia ſtadiorũ, uel miliariũ Romanorum, milia octo, quod nobis hac ratione uerum eſſe uidetur, nam ueluolantes ad æquinoctialem plagam a littoribus ſuperni oceani, uel ab inferis transfretantibus ad nos, utraque hæc nauigatio fit ſpatio menſium ſex, ita quod minus quam tribus menſibus transfretatur, ad nouum orbem, & ab oris illis redeunt ad nos naues eodem tempore, dicimus ergo ſpatium hoc maris uerum eſſe, nam placide etiam ueluolantibus, putamus quod per currant mare ſaltem miliaria centum ſingulis diebus, perficitur tandem Curſus is, diebus octoginta, tantundem etiam tribuimus redeuntibus, & ſuperant dies uiginti, quos dicimus conſumandos, in onerandis atque exonerandis nauibus eſſe, Tamen dicendum eſt ut & creditur, quod uelocior fit huius maris tranſitus, cum per diem integrum nauigantes ſecundis & placidis uentis, ſuperant quinquaginta ſupra centum miliaria & aſcendunt ad ducenta nauigando leniter etiam, propterea ualde minori ſpatio transfretant oceanum, Tamen nauigatio hæc, recta non poterat fieri ni ſidum quoque Sydus haberet in Polo Antartico, ſcriptum enim eſt a Pto. quod in hoc Polo eſt ſtella lucidiſſima & uocatur Canopus, quam dicunt uideri a cole extremarum regionum Nili, Cuius duce transfretãt Oceanum ad plagam illam, ſed uſu & artifieio pixidis quem de ſcripſimus, & hoc cum uirtute magnetis, Nam magnes ipſe ſemper dirigitur ad Polum propinquiorem, hac & enim ratione regitur pixis in Polo Antartico, qua dirigitur & in Artico, hoc tandem, uel ſit uirtute magnetis, uel ipſius Poli ad huc non legimus apud auctorem fide di

getem, cui potius aſcribendum eſt hoc, ſit igitur uel uirtute Poli, uel proprietate magnetis elementali, uel cœleſti, modo non diſputabimus, quoniam ſat eſt nauigantibus cognoſcere lapidis naturam, quo medio nautæ rectiſſime nauigant per interna & quoq; maria externa, & ſi quibuſdam uidetur, quod axis uterque firmatur ſuper punctum magneticum, dicentes, quod cētrum terræ pertranſeat magnus, & ſit illud quod regit tellurem, circa quem & Poli uertuntur, & magnes is, quo pixis regitur ſit de illo eodem, Ideo noneſt mirandum quod ſemper uirtute propria petat polum, ſeu regatur a Polo uiciniori, quod nos non credimus, quoniam legimus magnetem reperiri in plerisque locis, ut & præcioſi lapides dotati proprietatibus reperiuntur, quod ſi ſic uel aliter in preſentiarum non diſputabimus, Veruntamē altiſſimo atque incomprebenſibili Deo, referemus gratias, quia eius uirtute ſūt hæc & maiora, huius etiā doctrinæ Deo & uō me lit gratias reddetis, quoniam infundens hæc in cor noſtrum ſcripſi uobis, ſciatis ergo Dei hanc doctrinam eſſe & non Blondi.

De ſignificationibus menſium ſecundum nauigationem. Cap. XXVI.

VTIAM libellum abſoluamus de nauigatione, ut quæ uelinolantibus portum oſtendamus ad quem ſecundis uentis accedant ſupereſt, ut referamus ortus & occaſus quarundam ſtellarum, quæ ſunt infirmamento, quorum ortus atque occaſus eſt cauſa ſerenitatis & tempeſtatis etiam ut cōſtituit omnipotens, qđ notiſſimum eſt ex doctrina & obſeruatione Ptholemei, ut patet in T. de ſtellis fixis, quem nos reduximus ad noſtram tempeſtatem, obſeruantes ſignificationes ſtellarum cum anticipatione, Nam & libellus noſter extat ſub Titulo Tabularum annuarum in quibus piximus, ortus et occaſus ſtellarū fixiarum, et polos inquibus oriuntur uel occultantur, accuratiſſime ſcripſimus cum ſuis ſignificationibus, Ideo notiſſimum eſt uobis ut iam ex tabulis illis perpetuo noſcitur qualitas temporis ſingulis diebus, anticipando ferè minuto uno quolibet anno, Tamen ut uobis lucidius ſit quod id expoſuimus, ad maiorem doctrinam hic etiam ſub compendio ſignificationes menſium in temporibus referé ſtatuimus, quo, ſeruatis temporis qualitatibus et ſpiritibus qui ſub quo uis polorum concitantur uerſus quemuis polum ſecundis uentis transfretare poſſitis, quedam enim tempora nauigantibus ſunt gratiſſima quedam uero odioſa, quod tamen ab ignorantia prouenit illorum, nam ſi nota eſſet illis doctrina uel obſeruatio tantum ſtellarum fixarum, utique plurimi aduerſis uentis neque perirent, neque nauigarent, Ideo ut poſt hac Nauigare poſſint ex uoto, hanc doctrinam obſeruent, eſt enim ex altiſſimus doctorum ſecretis deprumpta, quibus omnipotens horum infudit ſcientiam, a Martio tandem inchohoantes menſe, dicimus laudabilem eſſe nauigationem præcipue tendentibus in meridiem,

meridiem, quia tum reſurgit aries & aquas trāſcēdit hee demum ſtelle tum cient ſpiritus Aquilonares, piſces etiam eggrediantur ſaculæ emergunt pleraque & occultantur ſydera, hoc tandem menſe ſlatus Septentrionales ſunt frequentiores quam auſtrales, At menſe Aprili diutius ſpirant ſlatus meridionales quoniam ſucculæ frequentius occidunt & ſunt auſtrales, Ideo hoc menſe nauigatio eſt præſtantior uerſus Septētriones, Mēſe etiam Maij eadem uelliuelatio laudatur propter hortum ſuccularum et Virgiliarum, hoc enim menſe moltos ſpiritus meridionales concitant hee ſtelle, ſed mēſe Iunio propter ortum orionis & caeis laudamus eandem Nauigationem, nam ſpiritus meridionales hoc menſe uehementiſſime ſpirant, Iulio menſe a principio ad. 18. diem præſtantior eſt nauigatio uerſus Orientem uel meridiem poſt modum ad finem menſis magis laudamus oppoſitum, quia frequentius concitantur ſpiritus auſtrales quā boreales uel occidentales, Menſe uero Auguſti propter inconſtantiam uenterum & cōcurſum etiam ſpirituum abſque ordine nauigatur, nam quedam oriuntur Sydera quedam occidunt, delphinus cum fidicula occulcātur, at uirgo emergit, Andromedes, Arcturus & Capella, Septembri menſe propter uarium ortum & occaſum ſtellarum ſingulis diebus undique iucunda eſt nauigatio, nam ſpiritus uiciſim circunflant, Ottobri mēſe, propter occaſum Virgiliarum Scorpij Centauri arcturi & aliarum, mare incipit fieri orridius & tēpeſtuoſius, quia ab utroque axe mouentur procelle, tum quo uis. Cautius eſſe nauigādum putamus, at Nouēbri menſe ueranda eſt nauigatio, nam fortius celantur Sydera, quorum occaſus maiores tempeſtates concitant, hinc eſt quod naute conſueuere appellare uerendos dies illos, quoniam quibuſdam notis diebus hoc olim accidit, propterea dixere diem illum, ſtelle punctum eſſe, ut feſtum omnium ſanctorum feſtum Chaterine Virginis & feſtum diui Andreæ, quod, non eſt dicendum propter feſtam, ſed propter occaſum ſtellarum fixarum que iam occadebant, Nūc uero propter anticipationem ut obſeruauimus non perhibetur idem, at citius uel ſerius propter anticipationem, nam quorundam præceſit quorundam etiam ſubſequitur occaſus ſtellarum, ut monſtarauimus In tabulis noſtris, celerius tādem propter ordinem dictum, Serius uero, propter diſtantiam ſequentis ſtelle, idem etiam dicimus de menſe Decembri de punctis & tempeſtatibus quod præſcripſimus mēſe Nouembri, Ianuario etiam menſe occidunt quedam ſtelle fixe uerende tandem, nam conciant ſpiritus procelloſos, hoc enim menſe occadit leo cum delfino, occidit fidicula, & aſtrum eſt obſcurum frequentius, emergit & orionis Zona, hec tandem ſunt cauſa pluuiarum tempeſtatum & procellarum, Februario menſe, penitus non eſt tuta nauigatio propter occaſum ſtellarum & ortum etiā, hinc enim eſt quod fiunt & tempeſtates & Serenitates appareant hoc menſe propter uarietatem ſtellarum orientium uel occidentium, Ideo mali menſis habet nomen, at ſi accuratius cuncta hec noſcere deſideratis, noſtras obſeruabitis tabulas, ubi namque ſingulis diebus ortus & occaſus ſtellarum cum ſuis ſignificationibus depiximus ad comunē utilitatē, propterea Deo altiſſimo referetis gratias, qui talia uicem noſtrum infundit ut nobis eius mirabilia retegamus quibus cognitis, uita fruentes, quam dio conceſit, illi

tandem gratias redatis pro his maximis beneficijs & enim cuncta que ſunt in mundo ſua ſunt, nam, & nos quoque eius ſumus.

Michael Angelus Blondus Nautis. V.

QVOD nobis in hoc opere ſcripſi, a principio ad finem, & a fine ad principium, ſciatis, quod ad preſentem nauigationem potius quã ad antiquam ſpectat, Lazarus. n. Bayphus. L. D. ſcripſit de Nauigatione priſca, ego autem perſtringens opus, percurram hic uobis que ſpectant ad utilitatem rudium nautarum, Legitur apud ſcriptores priſcos, quod Neptunus primus inuenit nauigationem in inſulas que ſunt in medio maris, Ideo finxerunt maris eſſe deum, quod luculentius tractatur in noſtra Idiomorphoſi, is tandem primus temptauit maria tranare ſectis trabibus, alij uero dicunt Iaſonem primum nautam fuiſſe, Eccleſiaſticus Noe, Herod, phenices, qui a mari rubro in hoc noſtrum profecti incoluere longinquis nauigationibus incubuere & mercibus Aegyptiorum & Aſſiriorum uecturis, quidam graecos qui Tyrum appulſi rapuere filiam Regis Europam, alij cretes etiam, Tamen Herod. docet graecos ſecunde, nauigationis authores fuiſſe, ſecunda uero ętate ferunt Alexandrum priami. R. filium, nauigaſſe uxoris rapin comparande, Demum ſentote poſt Neptunum Iaſonem, deinde phenices inuentores fuiſſe nauiũ primos, poſt hos Arguos, ſed Aſiaticos precipuos fuiſſe traditur, ait etiam Pli. 7. nauem primum in gretia ex Aegypto Danaum aduexiſſe. Ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro inter inſulas a Rege Erythra, reperiũtur, qui, Myſos & Troianos priores excogitaſſe in Heleſponto putent, cum tranſierint aduerſus Thraces, nunc etiam in oceano Britanico, utiles, corio circunſute fiunt, in Nilo ex papiro & Sirpo & arundine, Longa naue Iaſonem primum nauigaſſe, philoſteph. author eſt, Egeſias parhalum, Creſias ſamiam, Saphanus Semiramin, Archimacus Aegeonem biremen, Danaſthenes Erythreos feciſſe Triremem, Tucidides, Amoclẽ Corinthium Quadriremem, Ariſto, Carthaginenſes quinque remem inſtituit, Neſicthõ Salaminius, ſex ordinum, Zenagoras Stracuſius ab ea ad decuremen, Neſigtom, Alexandrum Magnum ferunt inſtituiſſe duodecim ordines, Philoſtephanus Ptolemeum ſoterem ad quindecim, Dementrium Antigoni ad. xxx. Ptolemeum philadelphum ad. xxxx. Ptolomeum Philaptorem qui trifon cognominatus eſt ad xxxxx onerariam Hippus Cirius inuenit, lembum Cirenenſes, cimbam phenices, Celocem Rhodij, & Cyprij etiam cuiuſdam nauis inuentores fuere, proprijs etiã olim uocabantur naues nominibus, ut Argos, Chimera, Tigris, Centaurus, Piſtris, Scylla & Triton erant nomina nauium in tandem, preterea erat nomen nauis Aquiromachus, Acatus, Baris, Circeris, Cydarus, Carbita Cimba Celoxes, Damena Embolus, faſeles, Geſconta, Halius, Hypagus Lenunculus lẽbus, Linteris, Monoxilos, Pantanes, profunna, Sorillus, Scapha ſchedia Trieris quã di

cimus triremem, Baris erat Cimba Egyptiorum, Circeris Aſiana nauis pręgrãdis erat & Cydarus fuit genus nauis &, Carbita, Cataſcopum ex ploratoria nauis, linter eaũe arboribus conſtat, lenumculus piſcatoria nauis fuit, monoxilõ fit ex integro ligno, paro ne ex ploratoriæ, proſumia ſpeculatoria nauis fuerat, poſt diuerſas ſpeties nobis relatas cum inuentoribus pulchrum eſſe putaui & ornamenta etiam nauium & eorum inuentores ferre, quoniam ſic in ornandis ueſtris nauibus præſtantiores eritis, hæc namꝗ neceſſaria ſunt ad nauigationem, itaque nauis ornatur gubernaculo uel Timone, remis, Anchora Malo & uelis & rudentibus, & hæc ornamenta ſunt et onerariæ nauis & bellicæ, et ſi bellicæ, naues plurimis alijs etiam utuntur ornamentis, ad deffenſionem & offenſionem hoſtium, ut ſunt Clipei & tabulata quæ dicuntur pauimenta, aſtilia et Miſſilia tela, ſaxa, machinæ ferreæ diuerſarũ formarum, quarum maximus uſus eſt noſtris temporibus, Ad minicula demum inuenit Typhis, Remos copæ populi, plateas remi plateæ populi, Tyrrheni Anchorã, Dedalus malum et antennas ſed carcheſio mali poſterio res poſuere ornamentum gabbiam, eſtque ornamentum inuentum gratia ſpeculationis protenſæ et remotæ dimicationis, en tandem uobis generoſa uarietas nauium et ornamentum, en et congeries ſectorum lignorum ordine conſtructorum, et eſt inſtar turis uel caſtri conſtructi in præruptis locis, et offeruntur adeuntibus inexpugnabiles, quare plurimorum, de nauibus præſtantiſſimis et pulcherrimis plura dicẽda forent, Tamẽ omiſſis alijs, admirandæ mihi uidentur naues Illuſtriſſ. Senatus Venetiarum, cuius pro diuturna conſeruatione omnis Chriſtianus præces debet fundere altiſſimo, nam et ego ſemper deum oro eius pro ſalute, Venetiæ et enim mei genitoris dulcis patria fuere, eſt etiã Senatus Venetus propugnaculum Italiæ, eſt et cathena impetus Barbarorum, et Clipeus Chriſtianæ fidei, Cuius, dum Concors ſeruatur res pubus, Vniuerſi latij et ſedis Romanæ tutum erit Imperium a Barbaris, namque, ij conſpirãt in cladẽ eius atque euerſionem, Deus autem atque ipſa natura rerum Cultrix, Inſtituit portum Venetiarum in medio maris, et in hoc portu conſtruxit præſtantiam nauticam, ad deffenſionem fidei Chriſtiæ, Omnes ergo uos nautas rogo ut præces fundatis altiſſimo Veneti Senatus Illuſtriſſ. felici et diuturna proconſeruatione, quia ſic piratum manus ueſtris cum nauibus et mercibus euadetis, Claſſis et enim conſtructa in mari Venetorum, magnas uires habet in mari, ualete.

ET Quoniam plerisque cupientibus, noſtrarum lucubrationum hactenus ordo nõ conſtitit excuſſus, uarijs et enim Temporibus hæc typis tradidi, Ideo illis in Calce huius operis ſcripſiſſe curaui Cathalogũ precioſarum noctium noſtrarum, et ſi in Tugurio maior copia ad huc continetur, quam, præuio fauore ſuperum uidies Edam.

Precioſi fructus Noctium Blondi.

Speculum Iuuentutis

Dialogus de inuidia

De affectibus, in fantium et puerorum

De partibus ictu ſectis et medicamento aque nuper inuento

In plurimorũ opinionẽ de origine morbi gallici deque ancipiti medicamẽto ligni Indici

De canibus et uenatione

De cognitione hominis per aſpectum

De utro Illuſtri atque iniquo ſermones duo

Compendioſa de medicamentis

Tabulæ annuæ de anticipatione ſtellarum fixarum cum ſuis ſignificationibus

De diebus decretorijs et Criſi cum tractatu habrae auenezre De luminaribus et criticis diebus

Ex. L. Hyppocratis Epithoma

De memoria cum horis Mercurialibus

Idiomate uero Italo ſunt ſequentia

Le Tauole de anno in anno, de L'anticipatione delle ſtelle fiſſe cõ le ſue ſignificationi

Angitia cortigiana de natura del Cortigiano

Le tre furie del mondo.

EX TVGVRIO BLONDI.

Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati.

M. D. XLVI.